

si orationis titulum non indocte perspexerint. Quippe inscribitur: Interrogatio de aere alieno Milonis. Interrogationis autem non una species erat, sed variae, ut alia significaret accusationis denuntiationem, qualis illa praescribto est orationis eius, qua usurus fuit, si eum 5 P. Clodius legibus interrogasset; legibus etenim sic interrogabantur inquirente accusatore, an omnia secundum legum praescripta gesserit is, cui crimen intendebatur. Erat alia praeterea interrogatio testium, sicut ipse M. Tullius P. Vatinium testem interrogavit; proprie nam- 10 que interrogatio dicebatur, qua testes redarguebantur. Tertia haec est interrogandi species, ut Sinnio Capi- tōni videtur, pertinens ad officium et consuetudinem sena- toriam: quando enim aliqui sententiam loco suo iam dixerat et aliis postea interrogatus quaedam videbatur 15 ita locutus, ut refutari posse iustissime viderentur, postu- labat ille, qui iam sententiam dixerat, ut sibi liceret interrogare, hoc est illum redarguere, cuius sententia in multis quasi mendax et calumniosa redargui posset. Quoniam ergo dixerat Clodius et minus professum aeris 20 alieni Milonem ...

(Desunt II paginae.)

Frgm.

... *ber animose confidens.

I

... in Clodium convertit, ut huiusmodi obsequia humi- litatis plenissima in eum verius et probabilius conferantur, 25 qui abiecta omni dignitate ordinis sui Pompeium demissis precibus oraverit, ut ab eo in gratiam reciperetur.

Frgm.

II Non pudet? Sed quid pudeat hominem non modo sine rubore, verum omnino sine ore?